

De his que ad scriptorem pertinent.

Omni conveniunt scriptori quatuor: anser,
Taurus, ovis, spina, si notet¹ illud homo.

Anser dat pennam, cornu fit de bove, pellem
Fert ovis, incaustum promere spina solet.

‘De quatuor temporibus anni. Ver estas — recondit hyemps’. 4 Verse. Gleiche Ueberschrift: ‘Bis duo tempora — numerando probes’. 6 Verse. ‘Versus florigeri. Ornassem gemmas — destruo velle’. 10 Verse. ‘Item versus de archiepiscopo. Arceo vesicas — ylion axi’. 8 Verse, mir ganz unverständlich. ‘De Locht (Rem. ‘Loth’) et uxore eius. Loth talamique comes — (S. 374) practica vita Segor’. — ‘De holocausto Iheroboal. Iheroboal paleas — superna cremat’. — ‘De ortu (‘et nobilitate’ Rem.) veris. Ver oritur, bruma moritur — omne virescit’. 6 Verse.

De nomine Petri.

Nomen scriptori dant sillaba prima Pelori,
Littera prima thori, finalis sillaba Flori.

Dann 8 Distichen ‘De quodam (Rem. quolibet bono) episcopo. Cuius vita sacro — iusque piumque tui’, nur ganz allgemeine Lobsprüche enthaltend. ‘De Maria et synagoga. Virgo deum peperit — credere sperno tamen’. — ‘De Lia et Rachel. Empta labore Rachel — utilis esse lucro’. Dann S. 375 (Rem. f. 184 v.) Distichen über die Tagzeiten: ‘Iam passum fraudes — vestra salus’. Hierauf ein Scherzgedicht, welches hier folgen mag:

De quodam rustico hebrio (‘ebrio’ Rem.)

Rusticus ad tectum gressum referebat ab urbe

Errans et titubans, pectus agente mero.

Sistit² iter, potum geminat, furor occupat artus,

Exulat a sensu mentis, aitque sibi:

Stulte quid egisti? vas istud proice, certe

Forcior est pedibus cantarus iste tuis.

Tres habet iste pedes, et tu gemino pede constas.

Quo merito tripedem devehit ergo bipes?

Finierat, vas deponit, cui sic ait: Audi!

Anphora curre, trium diceris esse pedum.

Tu me forcior es, quid agis? iuro tibi clavam.

Si cito non properas, es luitura moram.

Dixerat; illa silet; stat stultus, concipit iram.

Insanas armat ebria clava manus.

Percutit, et frangit vas, vinum defluit, anssa³

Stricta fuit; glunt! glunt! murmurat unda sonans.

1) ‘vocat’ Clar. 2) ‘Sistat’ Rem. 3) Vgl. Carpentier bei Du Cange: ‘ansei, vasis species, quo utuntur in vindemiis, ab ansis quibus instructum erat’.